



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De iis qui ab hac excom. absoluere possunt. c. 32.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

remita similiter, qui est alicui
Regulæ subiectus: Milites S. Ioan-
nis Hierosolimitani, qui Regu-
lam Sancti Augustini profiten-
tur, extenditur ad mandantes
talem manus iniectioem per a-
lios fieri, ad illos quorum nomi-
ne facta est, etiam ipsis ignoran-
tibus, dummodo post, scientes ra-
tam habeant: Ad consentientes,
qui cooperantur per consilium,
auxilium, vel fauorem. Ad dolo-
se non impediētes, cum possunt.

*De iis qui ab excommunicatione
absolueri possunt. Cap. 32.*

Triplicem percussione, seu
corporis læsione tradit Ab-
bas Panormitanus: enor-
mem mediocrem, & leuem, enor-
mis dicitur membri mutilatio, &
magna sanguinis effusio: Medio-
cris, quæ minorem dicit læsionem

leuis dicitur illa (dummodo sit peccatum mortale.) quæ fit pugno, palma, pede, aut etiam ligno vel lapide, sine vulnere. Ab enormi absoluunt tantum Papa, à mediocri, & leui Episcopus absoluunt clericos, & laicos: Abbas verò suos Monachos, & alios regulares absoluunt eorum prælati. Si autem percussus sit alterius Religionis, ab vtriusque superioribus est absoluendus: si verò clericus à religioso percutiatur. tunc religiosus non potest nisi à Papa absolui. Pueri ante pubertatem, id est ante 14. annum, mulieres, moniales, ad itinerandum impotentes vt claudi, cæci, pauperes, qui nequeunt nisi quotidiano labore sustentari, Monachi, qui non habent viaticum, mendicantes Christiani, Magnates, & delicati, qui laborem sufferre nequeunt, ab Episcopo absoluuntur.